# IN LVDOVICVM VISMARIVM ILLVSTRISS.

*Ticinenſis Inquietorum Academiæ Academicum Agitatum.*

QVI NVPER I. C. EST RENVNTIATVS.



TICINI,

Ex Officina Typographica Petri Bartoli.

*De Superiorum permiſſu.*

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

PERILLVSTRI,

# ET EXCELSAE INDOLIS ADOLESCENTI

# IVLIO TROVAMALÆ LEGVM CANDIDATO.

*Petrus Bartolus Typographus. S. D.*

CVM ſuperioribus diebus honeſtiſſimum Ticinenſe Collegium mi- ro conſenſu Ludouicum Viſmarium, Suadæ, & Iuriſprudentiæ medullam, & alumnum Iuriſconſultum dixiſſet, non ſunt paſſi bonarum artium ſtudioſi eundem ſine encomijs, & præmijs ſuis exiſtere. Neq; enim æquum arbitrati ſunt ſolam Iuriſprudentum coronam tribui Viſmario, qui alias etiam bonas artes, & humanas litteras ſedulò in vniuerſa vita ſua coluiſſet. Hoc igitur ſertum, vt laboribus & meritis reſponderent præmia, ex omnium ferè huius vrbis ingeniorum



UVA. BHSC. BU 08960 (13)

dam Symbolis contextum fuit, quo Viſmarij tempora redimirentur. Illud ego luce digniſſimum, Typis meis excuſum emittere decreui. Verùm cùm alicuius nomini eſſet dicandum, quo tutiusin medium prodire poſſet, non aliud, quàm tuum eidem inſcribere viſum eſt. Etenim primùm me haud latet, quanti te facere ſoleat Viſmarius ob ſingulares animi tui dotes, & ob legum ſcientiam, & ſtudium, cui domeſtico excitatus exemplo, & præcipue patris tui Cæſaris Trouamalæ I. C. præſtantiſſimi aſſiduè incumbis. Deinde talis, & tantus eſt antiquiſſimæ, & nobiliſſimæ familiæ tuæ ſplendor, cui me iamdiu totum addixi, vt non fuerit mihi opus aliunde huic libello patronum quærere. Diù vale.

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

Ad eundem

# ILL. ALEXANDRI SCALIGERI AD LAVRVM.

*AVrea Thymbræi decoras quæ tempora Daphne*
*Quam citharam pulſans, quam pharetratus amat;*
*Fronde virente comas* VISMARRAE *tempora circum,*
*Emeriti vt ſerpant exere læta comas.*

*Exere læta comas, cingent quæ hæc tempora frondes,*
*His viror, & comites, gloria, ſemper erunt.*



UVA. BHSC. BU 08960 (13)

INQVIETORVM ACADEMIAM
DE LVDOVICO VISMARIO
Academico Agitato.

ILLVSTRIS
# ALFONSI CALLORII.

*IRrequieta cohors, ſacrarum culmina legum.*
*Pectore quæ toto ſemper anhela petis,*

*Veloci graderis paſſu; ſed ſiſte parumper*
*Viſmarÿq; tui nobile cerne decus*

*Olli nunc requies, olli debentur honores;*
*Illum virtutis namq; agitauit amor.*

*Irrequieta cohors agitet tua pectora virtus;*
*Nanq; laboris honos it comes, atque quies.*

DON

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# AMBROSII FECII ROTTOPIENSIS I. C.

## Et artium doctoris in D. Ludouici Viſmarræ lauream.

## EPIGRAMMA.

*Non ſatis eſt triuiſſe ſcholæ pede limina doctæ*
*Aſſiduo, & varios nocte, dieq́; libros.*

*Nomen vt excellens hominis mereare periti,*
*Iure vel in doctis vt numerere Viris.*

*Conuenit at tandem cunctis monſtrarier aptè,*
*Quàm benè, doctiloquæ Palladis arma geras.*

*Hæc mea dicta vigil clarè,* LVDOVICE, *probaſti,*
*Et datur hinc ſtudijs laurea digna tuis.*

*Optima ſic fructus generoſos educat arbor,*
*Sic radios ſpargit Cynthius ipſe ſuos.*

*Sic tibi pro meritis Phœbus largitur honores,*
*Iuraq́; ſic duplicis ſplendida iuris habes.*



UVA. BHSC. BU 08960 (13)

DELL'ASTRATTO
# Academico Affidato.

## CanZonetta Morale.

### Il Lauro eſſere amaro, e dolce.

AMaro è'l lauro, & è ſuaue il frutto
A chi vegliando, e faticando il coglie;
Tante virtù, quante in ſe frondi accoglie,
E quante ſtille in mar canuto flutto.

Frema pure Aquilone, e Giuno irata
Tempeſtando, l'orgoglio in aria ſegni,
E'l tonante Rettor de gli alti regni
Scota la deſtra di ſaette armata:

Che di queſta, VISMARI, eccelſa fronde
Inghirlandato il crin canuto, e biondo
Viurai ſicuro, e così chiaro al Mondo
Che t'vdran Calpe, e le Gangetiche onde.

Ma penſa pria come ti cinga, e come,
Ben che s'adorni Apollo i crini erranti,
Temerarie ſouente, e le Baccanti
Cinſer d'Allor le ſcapigliate chiome.

A DEL-

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# AD LVDOVICVM VISMARIVM I. C.

## Allegorica Elegeia.

## INCERTI AVTHORIS.

*QVAE nunquam ventis vidiſſet parua ſecundis,*
*Attigit aduerſis littora curua ratis.*
*Et ſibi quæ fuerant iam deſperata fauenti,*
*Occupat inuito littora tuta mari.*
*Nunc eat Aeolus, inſanos & carcere ſoluat,*
*Ollis vt terram miſceat, atque mare.*
*Iuſſa capeſſentes illi velut agmine facto,*
*Geſturi bellum, qua data porta, ruant.*
*Præſtitit, incluſus ſi ſe iactaſſet in aula,*
*Molliſſetq́; animos ſceptra ſuperba tenens,*
*Illi indignantes fremerent ſi murmure muto*
*Hippodatæ circum ſaxea clauſtra Ducis.*
*Iam tua, Viſmarri, ſucceſſit cymbula portu;*
*Iam placidis tutus nat tibi linter aquis.*
*Iam clames, licet, In tuto eſt mea littore puppis:*
*Dicite io pæan: ancora iacta mihi eſt.*
*Iam titulo licet inſcribas,* DELATA SVBIVIT
TEMPESTATE SALI LITTORA TVTA RATIS.
CERTATIM REXERE MANV PER CAERVLA CVRSVM;
TRITONESQVE PII, NEREIDESQVE BONAE.

UVA. BHSC. BU 08960 (8)

# AD LVDOVICVM VISMARIVM

## Illuſtris Ioſephi Landulphi.

### EPIGRAMMA.

*DVM cupis inſigni redimiri tempora Lauro,*
*Viſmarra excellens, te quoque Laurus hiat.*

*Vt pallor violas, tacitam petit vmbra quietem,*
*Frigus vt æſtiuo tempore, flamma Hyeme,*

*Viſmaris, indulget tranquillis fluctibus aura,*
*Ingenij roſeo profluus ore ſonus.*

*Hos tibi dat fructus (Iuuenum decus) aurea virtus:*
*Hoc labor, hoc probitas dat tibi ſtemma, cape.*

LV.

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

LVDOVICI VISMARII
I.C. renuntiati notio nominis.

QVæritis, vndè mei ſint nomina dicta ſodalis,
Cui meritas cingunt laurea ſerta comas?

Ad bimaris fontem in ludo erudiere Corinthi
Muſæ, Pirenes dum colit antra chorus.

Dulcis enim vitæ cum primùm limen inivit,
Ac viſit ſolis lumina clara puer;

Sopierunt molli vagientem carmine cunis,
Quò non ſentiret aurea furta parens.

Amotumq́; dolo, ſubductum ac fraude parenti,
Mox ſtiterunt oris callida turba ſacris.

Cùmq́; infans eſſet ſine nomine, nomen adhæſit
De bimari ludo, quo docuere cohors.

ILLVSTRIS
IVLII TROVAMALAE
TICINENSIS
EPIGRAMMA.

AD

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

AD

LVDOVICVM VISMARIVM

Academ. Agitat.

# Iulius Bendinellius.

*QVæ vis eſt animo? quæ tanta audacia ſurgit?*
*Aſſumam dictis magna referre meis?*

*Quando erit vt facili poſſim pede dicere facta.*
*Atq; addam meritis ò Ludouice tuis?*

*Cum dabit auxilium infanti Deus, ore ſonantè*
*Vndiq; clamabo, te audiet vſq; Tagus.*

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# DELL'ATTONITO
# Academico Intento.

## SONETTO.

FORTVNATO *Giaſone ardito legno*
*Spinger ogn'hor ti veggio entro à quell'onde,*
*Che perіglioſe altrui Cintio diffonde,*
*Oue di fama vn vello aurato è ſegno.*

*Solca, felice Eroe, l'inſtabil regno,*
*Oue conuien, ch'ardito altri profonde:*
*Vanne pur tu doue ſacrata fronde*
*D'opima ſpoglia in Ciel ti farà degno.*

*Salda è la naue tua di nobil cetra;*
*L'onor t'è duce, & al gouerno ſiede,*
*Nuouo Tifi di gloria, Aſtrea famoſa.*

*E s'altri al gran periglio entrar non oſa,*
*Tù pur'ardiſci; e ſe Borea ti fiede,*
*Ch'ella t'accolga in ſen tuo merto impetra.*

Ad

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# AVRELII VALERII ANAGRAMMATISMVS,

## LVDOVICVS VISMARIVS
Ludus vi, viſcus amori.

*D Vulciſona Iſmarium, fertur, teſtudine vatem,*
*Et firmaſſe vndas, & domuiſſe feras?*
*Iſmarius ſed quis? Viſmari es nomine, & arte;*
*Namq́; viros lenis nomine, & arte rapis.*
*Aucupis ac inſtar pratis, Vi tendere* LVDVS.
*Nomine viſcato, at* VISCVS AMORIS *eris.*

## Eiuſdem ad eundem Epigramma.

*M Vtua fatidicus diua cum Pallade Phœbus*
*Reddit, Viſmari, munera quæq; tibi.*
*Ingenium donat Pallas, Virtutibus auget*
*Te Phœbus, donat Pallas honoris opes.*
*Te Phœbus cumulat doctrina, Pallas & artes*
*Dat proprias, donat Phœbus & ipſe ſuas.*
*Ergo ne mirum; tanto ſi lumine ſplendes,*
*Namq́; viris gratus, gratus es atq; Dijs.*

Ad

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# ILLVSTRIS ENNII RICII.

*EN ludit tibi grata dies, qua tempora cingant*
*(Præmia virtutis) laurea ſerta comas.*

*Gratior haud vnquam venit tibi lampade Phœbus,*
*Eluxitve tibi gratior vlla dies.*

*Attamen aſsurgent maiori luce ſerena*
*Sydera, & e ſupero purior axe dies.*

*Cum tua venturi prodent monumenta nepotes,*
*Cumq; triumphabit nomen in orbe tuum.*

*Hac tibi quippe die lætus fert gaudia Titan*
*Omnibus optatus ſurget at ille dies.*

Ad

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# DE LVDOVICO VISMARIO Iuriſconſulto renuntiato

## FRANCISCI GEORGII EPIGRAMMA.

*Qvi tibi ſacra tulit primis Ludouicus ab annis,*
*Abs te Cephiſi ductus ad amnis aquas;*

*Dum ſibi fronde comas cingas, expectat alumnus,*
*Extent virtutis quò decora alta ſua.*

*Ergo necte, Themis (quid ſtas?) iam necte coronam,*
*Ac lauro meritas iam, Dea, cinge comas.*

*Viſmarij decus, & laudes, nomenq́; manebit,*
*Si manibus crines cinxeris ipſa tuis.*

*Laudibus interea te tollet ad æthera Fama:*
*Omnis quippe tibi, Diua, redibit honos.*

In

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

In Doctoratus Lauream

*LVDOVICI VISMARII*
*in Inquietorum Academia*
*Academici Agitati.*

FRANCISCI PETRASANCTÆ
ODA.

*ALtrix huc decorum Laurea, Laude*
*Hæres quæ capiti Gloria frontium*
*Huc ſi tollis honoribus*
*Mentes laudibus Inclytas.*

*Victrix armiſono facta tumultu*
*Ciuili maculas prælia ſanguine;*
*Inter pacis at otia*
*Intactum retines decus.*

*Quid ſi præcipiti moenia ferro*
*Quaſſantur populis fracta furentibus?*
*Lucem Legibus impetras,*
*Fœlix hoc ſtudio quies.*

Hoc

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

Hoc terras cohibes lege ſolutas,
Hoc pœnam ſtatuis moribus impÿs,
Seuis gentibus imperas
Sceptris, ipſa, potentior.

Sed qualis renites, dum iuueneſcens
VISMARII redimis tempora frondibus!
Fulges frondibus aureis,
Gaudes tempore & aureo:

Miratrix taceat Roma Quiritum,
Lauratosq; duces Tarpeſium iugum;
Nam ſi quid tibi derogat
Virtus, id ſibi derogat;

Tecum hæc nata, fuga tendere ad altum
Æther Palladÿs nititur artibus,
Et iam ſtelliferis tuos
Mores arcibus inſerit:

Hinc recti veniunt mente labores,
Hinc veris agitat Pallas honoribus
Subdi neſcia pectora,
Parta laude ſodalium.

Quem Ticine tuis inuidet vndis
Seruans auriferis litora fluctibus
Hermus, dum vitreis aquis
Tanto es lumine ditior.

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

*VISMARI referes, tela feri ſenis*
*Horrebis, Iouis & minas*
*Turres fulmine dum quatit.*

*Fortunæ impauidus ferre ruinas,*
*Et vita poteris noxia perpeti,*
*Seu te blanditÿs petat,*
*Seu te ſupplicÿs premat.*

*Cœli intenta bonis opprimat ima*
*Mens, atq; e tenebris expediat caput,*
*Nam raro color hic breuis*
*Humanis vicibus manet.*

*Tu fer Muſa decus, (nam meruiſſe*
*Quemquam laudo magis, quam dare Lauream)*
*Dum Lauro regitur ſolum,*
*Dum Virtus reſerat Polum.*

In

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

FRANCISCVS ROCHA

# In Doctoratus Lauream D. Ludouici Viſmarij.

DVM viridis cingit LVDOVICI gloria frontem
Et fugit indomitæ tela inopina manus;

Gaudia quæ præſtat, quæ ſe gratiſſima Cælo
Effert, & memorat quam bene Muſa decus.

En quam Muſa canit Laurum, ſacer ipſe Senatus
Approbat, & geminus tempora velat honos.

Sic ſpectare datur iunctas cum Pallade Muſas,
Quæ ſiluiſſe negant, dum tibi Fama canit.

Ad

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# FRANCISCI BOSSII

Cæſar. Maeſt. & Apoſtolic. Auct. à Script.

## TETRASTICHON

## In eiuſdem Lauream.

*SI vacat, & tenuis vatis non deſpicis orſus;*
*Accipe, quæ meritis dat mea muſa tibi.*

*Inclyta Sydereis te virtus inſerit aſtris,*
*Plura hinc te laudant carmina, nulla ſatis.*



UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# SIG. GASPARE OTTONE.

## SONETTO

Al medeſimo lodandolo del purgato ſtile nel dire per l'oratione recitata da lui nell'Aula: Apoſtrofe à Mercurio.

*FAcondo meſſaggier, che in doppi giri*
*A la tua verga n'hai duoi ſerpi auuolti,*
*Cui d'eloquenZa ſon gli ſpirti accolti,*
*Onde puoi volger l'alme à i tuoi deſiri.*

*Se d'auanZarne queſti orando aſpiri,*
*Con le tue voglie ſon gli affetti ſtolti,*
*Che ad alta meta i ſuo' penſier riuolti*
*E l'opre giunte fia, che Suada ammiri.*

*V*ISMARI *à la tua lingua, à lo tuo ſtile,*
*Che Tullio fà ſtupir, ch'emula i Greci,*
*Ogni lingua, ogni ſtil s'inchina, e cede.*

*Però fia Battro tromba, Echo poi Thile*
*A le tue doti: ahi Battro oda mie preci*
*Che non potendo più chiedo mercede.*



UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# SONETTO.

## *Del Reu. Sig. Gio. Battiſta Laboranti.*

NEL DOTTORATO
DEL SIG. LODOVICO VISMARI.
Academico Inquieto, l'Agitato
in Pauia.

*L'Ali deſio m'impenna, ardir le ſpiega*
*A ſeguir di tua fama il grido à volo,*
*Cigno cantando al ciel, cantando al ſuolo,*
*Come ſua lance Aſtrea ti porge, e piega.*

*Se quante gratie altrui dà Cinthio, ò nega*
*Ne l'alma tua, nel ſeno impetri a ſtuolo,*
*Onde l'oblio tù fuggi, e il tempo ha duolo,*
*Ch'egli à difeſa tua l'afferra, e lega.*

*Mà poi laſſo, à l'ardir, non che al deſire*
*Scoſſa riman la voglia, e'l poter mio*
*Dal tuo gran pregio, ond'io raccoglio i vanni.*

*Icaro giaccio all'hor', che alto vuò gire,*
*E pago del ſalir cadendo il fio,*
*Nè ſon già tuoi, mà di mia Muſa i danni.*

B 2 CAN.

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

CANDIDATE

# LVDOVICE VISMARI.

VI DIES HAEC DICTA EST LAETITIAE TIBI LAVDABILIVS
EST DE AEQVI, ET BONI HOSTE IGNORANTIA, QVÂM
SCIPIONI FVIT OLIM DE ANNIBALE, ET
SCYPHACE, TRIVMPHARE.

AM TVA THESEI EST GLORIA: QVI DISSERENDO IN PVBLICO
SINVOSOS ANFRACTVS OMNES RECLVDIS LABYRINTHI.
VA OEDIPI LAVS, QVI SPHYNGEM SVPERAS
NODOSQ; QVAESTIONVM GORDIANOS ACIE SOLVIS
INGENII.
QVI SOLIS ACADEMIAM, TVO SOLE FACIS CLARIOREM
QVARE
PHOEBI ET PLECTRVM, ET LYRAM TVAE VIRTVTIS
FECISTI PRAEDAM
QVORVM ALTERO ERRATA IN ORDINEM REDIGIS:
ALTERA
ABSONA OMNIA FACIS CONSONARE IVRI ET LEGIBVS.
ITAQ; VT QVAM
NIS HIS TVI DOCTORATVS COMITIIS ACCEPISTI CORONÃ
CONTINENTER IPSE SOSPITET RERVM IMPERATOR
DEVS;

HENRICVS FARNESIVS,
CAETERI, IN VOTO DEFERENDO PATRES, ET AVIDE
CVPIO, ET VEHEMENTER ROGO.

ILLV-

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

HIERONYMVS BOSSIVS TICINENSIS

*Aſtrææ Poſtliminium renuntiat,*

Quo tempore D. Ludouicus Viſmarius, Academ. Agitatus, I. C. dictus eſt.

*SAturni clauſit Vertumnus tempora Phœbo,*
*Vt cecidit virtus, conualuitq; malum.*
*Nam belli mundo conſperſerat atra venena*
*Tiſiphone, Circes pocula, quæ renouat.*
*Non aderat ſedes, nullumq; dabatur aſylum*
*Vero, quòd Pluto ceſſerat omnis Amor.*
*Thetidis hincq; Iouis tunc orbem nata reliquit,*
*Aſcendens cæli, ſolis ad aſtra, choros.*
*Quid tùm? Bacchus, & alma Ceres non ſponte ferebat*
*Dona, quibus gaudet Muſa, Venuſq; calet.*
*Aſt vbi Viſmarius cinxit ſua tempora lauro,*
*Mella fluunt BVXIS dulcia multiferis.*
*Nec minus anfractus mundi, moleſq; reuiſit*
*Virgo, perpendens omnia facta virûm.*
*Aſtræam primis ter felix excipit annis*
*Viſmarius pollens moribus ingenuis.*
*Diſperſum quærunt cæleſtum numina numen,*
*Quod refouet pectus nunc tibi dulce viri.*
*Solis ad eccelſos dum torques lumina curſus*
*Dic: tripodem luſtrat maxime Phœbe meum.*



UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# Hieronymi Boſsij Ticinēſis

## In ſpectatiſſimam

## D. D. LVDOVICI VISMARII
Agitati, Academici Inquieti

## LAVREAM.

*Eidem plenis I. C. Comitijs, vno ſuffragiorum calculo delatam.*

LVDOVICVS VISMARIVS, O. I. V. D.
VAS, DOMVS DVLCIS IVRI VIVO.

VIs MARIS, & LVDVS *tibi dāt ſi nomina* LAVDIS;
*Dant laudem Ludo nomina, Vimq; Mari.*

VAS, DOMVS *at* IVRI DVLCIS, *potes addere*, VIVO,
*Qui leges Themidi lege, toga reſoues.*

In

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

ILLVSTRIS

# IACOBI TRVSII EPIGRAMMA.

*Qvam docto, & vero legum obſcuriſſima dicta*
*Senſu declaras, quam benè nota facis?*
*Quis potis eſt ergo meritas tibi dicere laudes?*
*Quis ſatis ingenium concelebrare tuum?*
*Hoc ſolum dicam, tua ſape refellere dicta*
*Tentarunt multi, nil potuere tamen.*
*Nec mirum, in te etenim maior doctrina latebat;*
*Quid plaga in plagas? ignis in igne poteſt?*

## Eiuſdem ad eundem.

*Cvm te Doctorem canerem Ludouice creatum,*
*Quadam inter feſſus diruta ſaxa ſedens,*
*Sape mei rediens ad me ſermonis imago*
*Illuſit verbis per mea verba meis.*
*Dicebam, quis tu? dixit, TV, forſitan alter*
*Truſſus, an alter ego, vox referebat, EGO;*
*Dic vbi ſis? VBI SIS, mihi reſpondebat imago;*
*Fac vt te inueniam, rettulit hac, VENIAM.*
*Expecto, ſed fruſtra, iterum loquor, illa loquuta eſt;*
*Quaq; ego dicebam, reddidit illa eadem,*
*Antra intro, nullum vidi, deluſus ab Echo*
*Erubui, & riſi, ſed magis erubui.*
*Tunc magis accendor cantu te extollere, cernens*
*Quod te cognoſcunt concaua ſaxa, & amant.*

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# AL MEDESIMO

## Madrigale d'Incerto.

*Tra virtù illuſtre, e degna,*
*La fronde, ond'hai le chiome*
*Cinte e'l lodato nome,*
*Di riuerire, e di lodare inſegna;*
*Ma'l verde di tua etate*
*E del bel lauro, ond'hai le tempie ornate,*
*Speme di maggior freggio al mondo accenna,*
*Che non oſa ridir preſaga penna.*

Ad

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# SIG. LORENZO CALVI
## Sonetto al Medeſimo.

*GLI antri di Febo, e le Cumane ſcole,*
*Pria che gli occhi Lucina, altri t'aprio,*
*Nè la Sibilla, ò l'aſſonnato vſcio*
*Indi, qual tu ſaputo, anZi qual ſole.*

*E men di te le Muſe hor Cinthio cole*
*Che in pregio tua mercè Pindo ſaglio*
*Là'ue quantunq; roZzo, i carmi inuio*
*Nato ſolo à formar di te parole.*

*Che s'io pari al deſir le note haueſſi,*
*Saria di cetra nò, ma ben di tromba*
*Il ſuon che à vuoto à i venti, e à l'aria ſpando.*

*Onde conuien, che da l'impreſa io ceſſi*
*Dicendo io taccio sì, ma più rimbomba*
*Nel ſilentio il deſir tacendo, amando.*



UVA. BHSC. BU 08960 (13)

Iuris vtriuſq; peritum.

ILLVSTRIS

# Pauli Deſiderij Georgij.

EPIGRAMMA.

*VT mare vim ſuperat fontis, vim gurgitis vnda:*
*Aurea vt effulgens ſol premit aſtra pede:*
*Sic maris, & fontis vim vincis gurgitis vnda,*
*Dum tuus eximio labitur ore ſonus,*
*Vis maris enutrit vaſtos in gurgite piſces*
*Florida vis fontis prata rigare ſinu.*
*Eximios animi claudis tu pectore ſenſus:*
*Et docto ſemper paſceris ingenio.*
*Purpurei florent colles, dum Cynthius ardet,*
*Vis tua & elucet vis maris ingenij.*

Euſdem ad eundem emblemma.

*SOL micat vt radijs, calor igne, & ſydere Cælum,*
*Et vaga noctilucis Luna coruſcat equis,*
*Flat lenis Zephryus, fluit vnda, & ſibilat Eurus,*
*Flore humus, imbre niues, frigore torpet hyems,*
*Sic tua ſcintillat virtus, nitet aurea flamma*
*Ingenij, ſuperis æmula ſyderibus*
*Sol illa, illa calor, ſydus, iubar illa coruſcum*
*Elucet flammis, igne, calore, face,*
*Leniter ore ſonas, ſequeris veſtigia fontis,*
*Fluminis & Zephyri, floris, & imbris, aquæ.*

Ad

UVA. BHSC. BU 08960 (43)

Ad eundem

# PETRI MERMERII SABAVDI.

OBſtupuit gelidis ſenior tremebundus in vndis;
Obſtupuit celſi ſacra caterua chori.

Iuppiter atherias, princeps delapſus in auras
Accumulat curis talia geſta ſuis.

Viſmarus in forti legum certamine vicit
Terruit hac patrios gloria tanta Deos.



UVA. BHSC. BU 08960 (13)

A D

# LVDOVICVM VISMARIVM
# I. V. C.

## Scipio Bendinellius Phil.

VT igneus vapor cauis terræ latens,
Et ſuperum genitus
Vi corporum, aut motu, aut die.
Pellente natura altiora quæritat
Aethera continuò
Spectans auet ſedem ſuam:
Sic docte Viſmari Dei nobis datus
Munere præcipuo,
Ac dote mentis nobili,
Primis ab annis es Mineruæ deditus
Laudibus eximijs
Conuerſus ad artes ſacras:
Tum nixus es potente naturæ bono,
Ipſius atq; Dei
Infuſo, vt alis candidis,
Quibus potes tranare vel tractu breuè
Aut ſuperare plagas
Aueiſq; ſupremas Iouis.
Quis ergo non miratur hoc decus tuum,
Te, & tua corde gerit?
Qui non ſapit, qui non fuit.

Eiuſdem

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# Ad Pana de Ludouico Viſmario.

SI tibi longa dies animo Syringis amores
Deleuit, calamis nec tua damna canis,
Deſere, & Arcadiæ monteis, ſyluasq́ virenteis
Et mihi da calamos Pan Tegeae tuos.
Viſmarij dicam dignè fortaſſis honores
Et laurum, qua nunc tempora cingit ouans.

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

AD

# LVDOVICVM VISMARIVM, *Acad. Agit.*

## Siluius Bendinellius.

*DVM finem prudens quæris Ludouice laborum,*
*Ecce tibi finis iam ſine fine datur.*

*Parta labore quies, parta eſt tibi laurea, noctes*
*Peruigiles claros dant tibi iure dies.*

DE

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

DE

# LVDOVICO VISMARIO I.V.C.

## Academico Agitato.

# VINCENTII BINDINELLII

## CARMEN.

GEſtiens inter ſuperos Minerua
Inclyto terris LVDOVICI Alumno,
Cynthio dixit meditanti in vmbra
Nobile carmen.
VISMARVM inſignem, meritiſq; onuſtum
Laurea Iuris decoratum eburneo
Grandius plectro reſones decore
Vndiq; Phœbe.
Ille tum, neſcit Lyra ferre tantam
Noſtra virtutem: ſuper aſtra fulget,
Inter vt poſſis numerare doctos
Morte carentes.

## Eiuſdem.

PAlladis ante patres reſidens LVDOVICVS alumnus,
Facundo doctos edidit ore ſonos.
Dignè pro meritis ſtudioſa Papia celebris
Fronde coronari, & iuſſit habere decus.
Huius Mnemoſides olim ſacraſſe feruntur
Illuſtri fama nomen, & acta polo.

VO

UVA. BHSC. BU 08960 (13)

# Carminum Authores.


ALEXANDER Scaliger. pagina 5.
Alfonſus Callorius. 6.
Ambroſius Fecius. 7.
Aſtratto Academico Affidato. 8.
Attento Academico Intento. 9.
Aurelius Valerius. 10.
ENnius Ricius. 11.
FRanciſcus Georgius. 12.
Franciſcus Petraſancta. 13.
Franciſcus Rocha. 16.
Franciſcus Boſſius. 17.
GAſpare Ottone. 18.
Gio Battiſta Laboranti. 19.
HEnricus Farneſius. 20.
Hieronymus Boſſius. 21. & 22.
IAcobus Truſſius. 23.
D'Incerto. 24.
Incerti Authoris. 25.
Ioſephus Landulphus. 26.
Iulius Trouamala. 27.
Iulius Bendinellius. 28.
LOrenzo Calui. 29.
PAulus Deſiderius Georgius. 30.
Petrus Mermerius. 31.
SCipio Bendinellius. 32. & 33.
Siluius Bendinellius. 34.
VIncentius Bendinellius. 35.


*FINIS.*

UVA. BHSC. BU 08960 (13)